





VIII.

22

FELICITER!  
 RECTORE UNIVERSITATIS  
 MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
 DOMINO FRIDERICO AVGVSTO,  
 REGIS POLONIARVM FILIO, & ELECTOR,  
 SAXONICI HAEREDE &c.

DE  
**Connubiis**  
**Principum,**

VICE POSTERIORI,  
 PRAESIDE  
 M. GODOFREDO VICTORE  
 MOEHRINGIO,

Serveſta-Anhalt.  
 Et  
 RESPONDENTE  
 JO. GODOF. BRESSLERO, Luben. Luſ.

publicam cum Eruditis collationem  
 ſententiarum habebunt  
 Ad diem XVI. Sept. horis pomeridianis,  
 A. C. M DCCII.



VITENBERGAE  
 Litem MARTINI SCHVLZII, Acad. Typogr.

nceps,

artae  
 ore in  
 dixi-  
 e Sa-  
 atis ea  
 ptus:  
 LLE-  
 habere  
 t con-  
 am in-  
 & Pa-  
 at elo-  
 Qvod  
 F (ee)  
 s. Here  
 ich auf  
 h meh-  
 e Vor-  
 htung  
 ehmen  
 ürfen:



DOMI. C. K. H. I. O. A. G. S. T. O.

COPIA

M. G. S. T. O. R. E.

FOR. G. S. T. O. R. E.

COPIA

J. M. S. T. O. R. E.





Q. S. T. C. B.



*O*mnia humane vitæ præsidia facilius  
 per connubium, quam per solitudinem compa-  
 rari, cum PATRICIO assertum ivit  
 D. HERM. LATHERUS: α) Neq; sine  
 ratione, si commode degere velis, animum  
 applica ad uxorem. Cognoscens hocce  
 connubiorum α) *visua* DN. D. JOACH.  
 HILDEBRANDUS, hunc in modum Tra-  
 ctatum ε), inchoat: Venerabiles esse nuptias  
 ex primo earum instituto constat, cum Auctor em habeant, a quo nil vi-  
 si sancta sunt ε) angusta. It. γ) Sunt Nuptie fons omnium statuum,  
 Oeconomia, Reipublica, Ecclesia, quos cessantibus nuptiis intra secu-  
 lum unum evacuari omnes oportet. En! dignitatem ex connu-  
 biis resultantem! En! utilitatem in omnes status profuse admo-  
 dum semet exerentem! Dignum proinde visum nobis Thema,  
 in quod denuo industriam nostram collochemus, mentisque  
 vires experiamur; a B. L. benignum in iudicando iudicium  
 petentes:

*Est etenim magnum, magnum bene scribere, magna*

*Si nostra fuerint expedienda manu.*

Tu autem, DEUS altissime, ad sis nostris ausibus, ac exopta-  
 tum largiaris scopum!

ΘΕΩΣ V.

*Princeps ingenuus quia ε) ditionem amplificare studet, hanc  
 semper privatorum more solam pulcritudinem, eximiamque Virgi-  
 nis formam respiciat.*

A 2

Ex 16015.

α) in Tract. de Consu Lib. III. C. III. §. 4. ε) i. p. 464. ε) de Nupt.  
 Vet. Christian. p. 1. γ) D. HILDEBR. l. cit. p. 4. Coll. Academ. Gall.

opera JAC. RAHTGEBII Germ. edita, T. I. die XII. cap. XLV. p. 345.



Quæ Dissert. priori pertexere coepimus, Lectoris gratia freti, quoad fieri poterit, continuabimus, atque, Deo benigne succurrente, certis adhuc materiam thesibus absolvemus. Venedicat sibi Princeps ingenuus, ut Patriæ Patriæ titulum jure gerat: Optime ERN. GOCKELIUS: δ) *Appellamus Patrem Patriæ Principem, ut sciat, datam sibi Patriam potestatem, quæ est liberis consulens, suaque post illos reponens. Existimet Princeps civitatem suam propriam esse domum, cives vero propinquos, amicos, filios & filias.* In sinu gratulatur paterna benevolentia præditus de occasione adepta, qua alteri obstrictum animum declaret: Aliter neque Princeps erga subditos affectus sit. Est volupe Principi, & rebus & verbis amorem in Patriam ostendere; gaudet, quando populi Pastor, lex viva, Reip. Caput, subditorum tutor & auxiliator, viventium juvamen & s. p. ex PLATONE, CICERONE, XENOPHONTE, POLYBIO, PLUTARCHO, ARISTOTELE, ANT. de GVEVARA, BONIO, LATHERO, KELLERRO, audit: Hinc quævis, ad regionis emolumentum spectantia, ac quocunque modo vel aliquid saltem contribuentia, suscipit, ne muneris partes negligat. Non sibi solum, sed aliis, subditis puta, Princeps natus; commune is bonum, dum quilibet inde participat; dedecet magnum Principem, desistere a salute Patriæ promovenda, omnes potius vires eo dirigit, ut salvam reddat Rempubl., & felicitate omnigena beet. Quare & in connubiis prosperitatem Patriæ attendere mavult, quam Clientum consuetos, nec adeo semper probandos mores imitari: Eligunt plerumque privati, quæ oculis suis grata, quæ pulchra, quæ formosa videtur thalami focia, exterioremque staturam interioribus animi virtutibus præferunt. Videant autem, in sepulchrum ne dealbatum incidant, quod speciosæ mulieri nimis fidant: Videant, ne præcipites sese dent, formæque dissimiles mores inveniant; iniit a longotempore de eo alta, distinctaque voce querelam JO. OWENVS: ε)

Sint

δ) *Tract. de Europ. Reg. Cap. I. § 25. p. 51.*

ε) *Epigr. L. I. dist. 19. pag. 16.*

*Sint utinam similes forma tibi, Cynthia, mores,  
Sitque tibi tam mens candida, quam manus est.*

Videant, ne ex rana Dianam faciendo in fine dolum deplorent :

*Sic animus nequam, atque occulto crimine plenus,*

*Sub specie formæ incautis se saepe maritis*

*Vendidit.*

Inicias quidem ire non possumus, spectare pulcritudinem ad bona corporis, naturamque ex vultu hominis decoro sibi aliquid egregii imaginari, inprimis, quando concinnam membra possident ivavitatem, figura membrorum venusta, coloris bonitate corpus excellit; exinde tamen derivandum minime est, eximia specie donata subiecta honestate, pietate, castitate honestata, aliis virtutibus condecorata esse, quod raro pudicitia locum relinquunt, raraque, secundum JUVENALEM, concordia pudicitia ac formæ. Nec diffitemur, in utroque sexu formam DEI beneficium esse & munus, mutamque quasi commendationem; ast, commendat magis virtute propria, cujus dignior apud Prudentes veneratio, affectus animus, quam corpus ea destitutum. Tuemur, facilesque largimur, moveri Juvenes, Senes facie mulieris formosa, eamque invitam quandoque multorum in se convertere frontes:

- - *Prius insolentem*

*Servæ Briseis niveo colore*

*Movit Achillem.*

*Movit Ajacem Telamone natum*

*Forma captivæ Dominum Teomeffa:*

*Arfit Atreides medio in triumpho*

*Virgine raptæ,*

ceu graphice HORATIUS §) depingit: Tantam vero formæ potentiam haut agnoscimus, ut vires nobis adimat, quin virtuosas formosis proponere valeamus, & bonum permanens pro fragili, exiguique temporis brevi, momentaneo dono festemur. Aestimanda omnino in Virgine pulcritudo, sed magis

A 3

VE-

§) *Lib. II. Carm. Od. IV. p. 41.*



verecundia. Cui quæso incognitum ANTONII de GVEVA-  
 RA verum ac eximium adfertur? *Difficilis est ejus rei, quam multi  
 experunt, custodia. Pulcritudo certe feminarum nihil aliud, quam va-  
 gabundorum illecebra, leviusque irritamentum: Unde a cupidit. artibus  
 alienis fama pendet propria. Quisquis pulcram ducit, variis se præpa-  
 ret infortunis oportet. n)* Et alio loco: *9) Virum ajo, qui pulcram  
 ducit, & famam haste & vitam periculo subjicere. Sed e digressione  
 in viam, ut nostra exequamur, pulcritudinem siquidem deli-  
 bando totam thesin non exhaurimus: Quamvis privati eo ipso,  
 quo Uxores ducunt, formæ ut plurimum Majestatem, vultumq;  
 candidiorem respiciant, suo corpori & palato, quæ accepta &  
 jucunda sunt, non denegent; longe aliam ingenui ingrediuntur  
 semitam Principes, quo ditio securitatem retineat, ejus am-  
 plificationem & commodum provehant, hominesque subditi  
 veram nanciscantur felicitatem. *Multa, ANT. de GVEVARA i)*  
 monet, *in hominibus privatis ferimus, quorum ne minimum quidem in  
 iis, qui velut in specula constituti pro omnium excubant salute, tolera-  
 mus.* Includitur vera privatorum conjugii amicitia: Principum  
 pax, regnorum incolumitas, fœderum firmitas, Potentum ami-  
 citia connubiis sustinetur. Hæc Principum fors, ut eas amare  
 simulent, arctiorique nexu conjungi patiantur, quas naturali  
 odio fugiunt, abhorrent; at interdum, si Imperii salus permit-  
 tat, affectuum moderamine ducti, ad beneplacitum, vitæ sibi  
 consortem adsciscant. Hæc Principum fortuna, incrementa ur-  
 bium in connubiis attendere, augere ærarium, inire pacta, quod  
 nulla convenientiore methodo, aptioriq; medio civium amor,  
 clementiæ fama, benignitatis elogium, Principum auctoritas,  
 tutissimumque munimentum comparari queant. Hic Principum  
 mos, nexus judicare optimos, qui regionem & regnum stabili-  
 unt. *Privatorum est, Meleander apud JO. BARCLAJUM, cum  
 moralis, tum Politicæ doctrinæ genere efflorescentem Docto-  
 rem, scribit, eligere matrimonia ex amicitia adfectu, vel morum con-  
 cordia. Nobis illa suavitas exuenda. Regum enim fortuna est, ut nunc  
 indi.**

*\*) Horol. Princ. Lib. II. Cap. XIII. pag. edit. JO. W ANCKELII 264.  
 9) Horol. Pr. l. d. p. 265. i) Horol. Princ. l. d. p. 264.*



indignos & exosos per sanctissima fœdera sibi conjungant, nunc omnium nexuum jura, omnisque sanguinis charitatem inhumana necessitas negligat. Charissimus esse solet, qui utilitate præcipua potentiam nostram alit; & affinitates pulcherrime censentur, quæcunque regnum stabiliunt. Si plures genuissem, posses credere, non me hic tui habere rationem, sed mei. Scio a Regibus sæpe filias aut sorores spargi in eos, quos fallere amicitia specie volunt, vel ad tempus placare; nihilque deinde sui sanguinis pignoribus, nihil nominum, quæ mutuo inierunt, reverentia motos, pacem & bella ex temporum & fortuna æstimare ingenio. At, tu mihi sola es; in te unam affectum Patris & Regis, natura & successio conjunxit. u)

### ΘÉΣΙΣ VI.

Manet Ei nihilominus in querenda lecti socia libertas, quam non nisi pie, sobrie, caste & pacifice vitam transigat.

### ἘκΘÉΣΙΣ.

Poterat fuboriri alicui in perlustrandis lineis nostris dubium, quod Lectorem a penitiori Dissert. inspectione detineat: Defensum sc. Θ. proxima V., privatos ex adfectu inire connubia, subditos petere pro beneplacito suo thori confortes, non Principes, esse illustribus personis, forte nascendi divina *negotia* populum supereminentibus, seponendam persæpe suavitatem atque jucunditatem, quam privati e conjugii percipiunt, ac pro regiminis salute fœdera prehendenda, qualia forsitan, neglecta Patria, ad græcas calendas parassent: Ubi igitur iis locum obtinentibus adfertionibus libertas? ubi libera in eligenda Uxore Principum voluntas? ubi tot, tantisque laudibus a Politicis prædicatus liber consensus? Verum, præcaveamus errori subnato, dicentes, quam maxime adesse Principibus libertatem: Libertatem, inquam, conditionatam & limitatam, non absolutam. Sit præ cæteris commendata Respubl. Præfidi, & Capiti omnium Prin-

\*) Vid. Argenti Lib. III. C. XV. p. edit. Lugd. Bat. 350. Conf. MULLE-RI Præf. Dom. III. Cap. III. p. 44. FORSTNERI Not. Polit. ad CORNEL. TACIT. Annal. L. I. Cap. I. p. 47. Dn. D. RECHENB. Cas. Nupt. Illustr. Cap. I. S. V.

Principi, posuit eum DEUS in thronum, extulit supra capita ca-  
 put, quo, quemadmodum solus regendi potestate pollet, nec  
 superiorem in terris agnoscit, sic omnibus modis corporis cu-  
 ram habeat, nec non imbecillitatem ejusdem sua opera sufful-  
 ciat. Posse autem, deberique per connubia Patriæ incrementa  
 procurari, nemo facile negabit, qui rem intelligit: Prospiciendo  
 Patriæ, sibi ipsi satis commode prospicit Imperans; idcirco vi-  
 gilando vigilet, ut fortunam ditioni conciliet amplam, sibi que  
 subditorum amorem: *Non infelix*, in nostram abiit sententiam  
 ANT. de GVEVARA, λ) *vocandus Princeps, cui sua favet & bene  
 cupit Republica.* Ad urbium, quarum Dominus, utilitatem liber  
 se jungat, ac cum ea vivat, quæ & pulcra, & prudens, & æqua-  
 lis, & dives, suisve provinciis accessionem facit. Sane, quis præ-  
 scindet liberis liberum propterea arbitrium, quod Parentum  
 dominiis subiecti ab ipsorum consensione conjugia dependeant;  
 nisi patria potestas, certis limitibus alias circumscripta, varias  
 ob causas cesset; quarum tres GOCKELIUS μ) commemorat.  
 Remanet igitur cunctis, permanet Principi arbitrium, quo co-  
 gitationes flectat: *Utriusque consensus liber sit, secundum CELLA-  
 RIUM, ν) & ex deliberata ratione profectus.* Consultum autema-  
 mus, *Meleandri* apud BARCLAIUM ξ) transcribere mentem,  
 omnem plane coactionem a Regum, ac Principum conjunctio-  
 nibus removentis: Dabat ob id *Radirobani, Corsica, Sardinieque*  
 Regi, arctiora fœdera inire flagranti, subsequens responsum:

Scis,

λ) *Hovol. Princ. Lib. I. C. XXVII. p. 138. μ) de Europ. Reg. C. II. §. 36.  
 p. 264, 265. ν) Polit. Succ. Lib. I. C. II. §. 8. p. 23. Conj. LIEBENTHA.  
 LII Coll. Polit. Exerc. II. Thef. XXVI. p. 25. SEB. SCHMIDII Comp.  
 Theol. C. XXVI. §. 10. seqq. p. 453. STRATEMANNI Syn. Doctr.  
 Oeconom. Cap. III. Can. III. p. 38. seqq. L. KELLERI Off. Jurid.  
 Polit. Lib. II. C. X. p. 359. B. D. CALOVII T. IX. Art. IV. p. 521. C. II.  
 it. Quæst. II. p. 529. C. III. p. 531. D. WALTHERI Harm. Bibl. V. &  
 N. I. p. 140. in Cap. XXIV. v. 57. Genes. D. WOLFG. FRANZIUS in  
 Interpret. S. Script. Orac. XLIX. p. 453, 454. B. Dn. D. ANDR. KU-  
 NADUS in Parallel. in Peric. Evangel. p. 108. & 109. WILH. LITSERUS  
 in Syst. Theol. Exeget. Part. Ult. p. 1769. ξ) in Argen. Lib. III. c. V. p. 275.*

Scis, conjugia plus animorum, quam corporum fœdere esse suavia. Libera hominum mentes sunt, nec ullis legibus cogi possunt, velle quod nolint. Maxime fors Regalis, in quam gnata mea (Argenis) est edita, eam capivi vitam non fert. Ego habeo a Majoribus sceptrum; illa a me expectat; liberum ipsi deinde esse debet, in quem velit sue fortunam Sicilia transferre. Murari te nolo, si filie mea suas vices relinquo. Quidquid possum, ego polliceor. Tu apud illam fac, ut digna sit a te amari. Nam nec tibi expedirent coacti hymenei. Ut ita absque difficultate libertas, Principibus relicta, conspiciendam se te præbeat Electa denique lecti socia, pietatem magnificat, præcipue Regali auctoritate eminentes, ac in supremis constitutos, ornantem. Vocitantur inde in S. Codice Patroni, Conservatores. Ecclesiæque Nutricii, quorum ope quicumque vivunt subditi. Sit prima Principibus, sit antiquissima, sit ultima cura, servire DEO. Principes certe Christiani, in quantum Principes, divinarum rerum sint propugnatores, propriisque exemplis confirmet, nihil esse pietate dignius, nihil fortius, nihil melius, nihil in Republ. utilius, nihil efficacius ad terræ, subditorumque commoda promovenda: Exprimant ipsi vita pia Regentes, stare per pietatem regna, repellere dissensus. *Mancet hoc, attestante LATHE-RO,* o) firmum & stabile, quod egregia Principum opera, & virtutum exempla longe magis provocent subditos ad earum imitationem, quam imperia quævis aut rigidiora mandata. Vertunt se subditi in Principum mores, suamque ad ipsorum formant vitam, more haut absimili, ceu heliotropium ad solis motum movetur. Colant itaque desponsatæ verum DEUM, colant illustres Numen Personæ, quod pietas vinculum omnis societatis, legum ponendarum, justitiæque firmamentum sit, qualia ex PLUTARCHO CLASENIUS π) docet. Dissolvit Atheismus hominum societatem, ac destruit. ρ) Rem h. in m. complectamur: Quo mediante sua sorte contentus mortalis? mediante pietate; Quo mediante pactis inest fides, promissis securitas,

B

- in  
 \*) de Censu Lib. I. C. IX. §. 11. p. 79. Vid. D. GERHARDI Cent. Quæst. Polit. Dec. III. Quæst. I. p. 62. & 63. π) de Relig. Polit. C. V. p. 82. Conf. Ej. C. I. p. 6. C. II. p. u. C. IX. p. 169. Dn. D. WENDELERI Exerc. de Pietate §. I. MULLERI Tr. de Præf. Dom. III. C. XII. Post. II. p. 235. KELLERI off. Jurid. Polit. Lib. II. C. VI. p. 311. ρ) CLASENIUS de Relg. Pol. C. V. p. 70.

in conjunctionibus fidelitas? mediante pietate; quo mediante integritas in administrandis bonis? mediante pietate; quo mediante regna crescunt, rixae, dissensiones, & s. p. definunt? mediante pietate: Mediante, inquam, pietate Princeps provinciarum suarum incrementa videt, accipiunt ex divina benedictione connubia efficaciam, conciliantur animi, conspirant in unum, amicos conferunt ad invicem sermones, quin & ipsa Majestas firmo pede confisist mediante pietate. Volvens hujusmodi secum VITUS LUDOV. de SECKENDORF, pietatisque, reliquarum virtutum Ducis, intimiorem essentiam, prout omnia solet, solide perpendens, talia adducit: *o*) Unter denen Tugenden des Gemüths ist Gottesfurcht/ Gottseeligkeit/ oder Christliche Frömmigkeit/ das Fundament und Begriff der andern Allen. It. *r*) Daß sie einem Regenten nöthig und nützlich sey / hat niemand / als etliche göttliche / und verruchte Leute gezwiselt. A latere pietatis, *Deos placatos efficiens, u*) (admiramur, in cecitate sua gentiles omni revelationis lumine carentes id ipsum colligere potuisse,) sobrietatem, seu modestiam reperies: Haut minor sanctitate & probitate virtus. Ferant se mutuo Conjuges, ac amore potius, quam verberibus, aliisve adversis, conjugium statuminent: Advescant invicem ferre mores suos, ac concordem fervent vitæ consensum, concinnumque concentum; toleret maritus patienter Uxoris nervos, & Uxor prudens mariti ingenium. Expetit comitas, expetit humanitas, erga quosvis, sive notos, s. ignotos, vitam sobriam & modestam: Quid ni sobrie cum ista vivamus, quæ proxime nobis conjuncta, quæ & amicis & propinquis præponenda, quæ nobiscum dormit, conversatur, negotiatur, loquitur, gaudet, contristatur, vivit, moritur. *Videntur ab omnibus Principes in illustri loco positi:  $\Phi$* ) Necessum igitur, devinciant sibi amore Conjugis animum, neque in costantiam, quod autoritas ipsorum in subditorum & exterorum mentibus vacet. Concesit cuiuslibet Optimum Maxum, Conjugem in auxiliatricem, vitæque parem sociam; unde, Uxorem colens, se ipsum colit & honorat, Uxorem injuriis af-

fi-  
*o*) im deutschen Fürsten: Staat P. II. C. VII. §. 18. p. 138. *r*) Eodem l. & p. *u*) CICERO lib. II. Offic. C. III. p. m. 431.  $\Phi$ ) ANTONIUS de GREVARA in Horol. Princ. L. II. C. II. p. 224.

ficiens, se ipsum injuriis afficit, contemnit, lædit. Debemus *Academie Gallicæ*, x) Oratorem quendam, nomine *Gorgiam*, Græcos ad concordiam & pacem pereleganti oratione admonuisse, cui Auditorum aliquis absoluto sermone, præsentî adhuc populorum multitudine, dixerit: Præstantissimus *Gorgias* cum Uxore pacifice haut vivit, in domo sua litem ac dissidia perpetua alit, tamen si concordiam adeo svadeat. Sic & ii procedunt Principes, qui non modo leges pro concordia a subditis affectanda, formant, sed quoque supplicia in immorigeros decernunt, pœnasque dictitant, ipsi cum Conjuge in discordia degunt, ac culpa eos redarguit. Tertium in nuptiis requisitum est castitas:

*Non bene conveniunt, nec in una sede morantur  
Majestas & amor.* - -

Servent Principes, ne periculis ac adversitatibus regionem exponant, & corporis & animi munditiem: *Libido pene tot Principes, quos crudelitas, perdidit. Hæc Sardanapalum imperio dejecit, Reges Roma jecit, decem viros potestate sua spoliavit, Trojam evertit, Mauros in Hispaniam introduxit, Gallos e Sicilia ejecit: Hæc FORSTNERUS. ψ* Vennerem illegitimam non exerceant, omnes voluptatis impuræ delectationes & dictis & factis avertentur, scortationes, nefandas commixtionis cane pejus & angve fugiant, affectus pravorum cohibeant, neque se provocari concubinarum irritamentis admittant.

*Sperne voluptates; nocet enim a dolore voluptas.*

Præcipiant Principum peccata, LATHERO volente, ω) populum in inferni barathrum.

*Quidquid delirant Reges, plebuntur Achivi.*

Nullum proin, recensente GERHARDO, a) præstabilium & pulcritudinis DEI munus est erga mortales, quam castus, sanctus & DEO simillimus Princeps. Imo, quid utilitatis e coitu derivabis, B. L. quid emolumentum ex adulterio?

*Nulla voluptate est res perniciosior; aufert  
Conscium, mentemque premit, virtutibus obstat,  
Corrumpt mores, virtutum maxima nutrix.*

Cor-

x) Die XII. C. XCVII. Tom. I. p. 361. Conf. Disp. N. de Nuptiis Aph. VII. NICOLAI Miscell. Dec. III. Exerc. X. Tb. XXII. p. 358. ψ) in Not. Polit. ad L. V. Annal. TACITI p. 408. ω) de censu, L. II. C. I. S. 5. p. 212. a) Genr. Op. Polit. Dec. III. Quæst. I. p. 63.

Corrumpitur natura, GERHARDUS b) ait, adulterio, inducitur senectus, minuitur vita, morti appropinquatur, destruitur coitu corpus. Vivat uterque in castimonia, ac pudicitiam, virtutem insignem, amplectatur, quod fidem sibi dederit, quam infringere & violare nefas. Committit maritus adulterans tria scelera: a) fur est sui corporis; b) perjurius Domino, Uxori, Ecclesia; c) laedit Rempubl. c) Pœnam in Sacris constitutam reticeo: Cum alius Uxore & Sponsa concumbens, & vir & mulier moriantur; d) Rericeo exempla, quibus evidentissime declarem, mortem sibi & infortunium alias Uxores attrēctantes comparasse: Jugulabat POTTENDORFIUS ob nimiam cum sua Conjuge familiaritatem Principem, quem FORSTNERUS e) FRIDERICUM Bellicosum, Austria Ducem fuisse momentis gravibus affirmat: VELSIUS a FLORENTIO acceptam injuriam transgrediendo ulciscabatur; TARQUINIUS, cognomento Superioris illato LUCRETIAE stupro in exilium mittitur, & s. p. Unicum ex AD. KELLERO f) depromam: Nihil detestabilius, quam Principem Custodem & Patrem subditorum, contrario actu suorum subditorum stupris & adulteriis honorem pessundare.

Θέσις VII.

De necessario non est, ut expectet, donec ipse regimen exerceat, sed quandoque prius nubat.

Ἐκθεσις.

Haut quaquam nobis contradicimus, velut prima fronte, intuituque videri cuiquam posset, quando Θεσις I. Dissert. Pr. de argumento nostro cum praesenti conferret, atque, aliter vocem Principis explicari illo, aliter h. loco accipi, objiceret; connexionem esse manifestam, siquidem ista positione Principis titulo eum denotem, qui subditos regat, iisve praesit, cui dominium competat, & quæc. hic autem per Principem regimini adhuc publico praeficiendum indigitemus, conclusionem permanente firma, reperiri aliquam in subjecto oppositionem: Astenim vero, concedimus a parte rationationem, fuisse in Tb. I. Diss. Pr. eandem significationem defen-

ham,  
b) l. proxime d. Dec. VI. Quæst. VIII. p. 157. c) DAN. EIE h. Christ. L. II. C. XIV. p. 205. Conf. Acad. Gall. T. I. C. XCVII. p. 363. d) Devt. XXII. v. 22. & 23  
e) in Not. Polit. l. d. p. 409. f) Off. Jurid. Polit. Lib. I. Cap. XV. p. 116.



sam, actuque regentem vocabulo *Principis* intelligi; neque tamen  
 solum significatus prædictus a nobis ibidem urgetur, sed & alius,  
 quemadmodum ex verbis GOETZIANIS patet, sc. & Imperantem,  
 & eum, cui in posterum regiminis onus committendum: Adeoque  
*svavrio* *Q. lveca* f. apprens per se ferme evanescit, ac in auras abit con-  
 tradictio. Simus breves in deductione, cum plura superint; quare  
 Uxorem Principes non ducant? ob illam forte rationem, quod non-  
 dum regimen exerceant? quod curam principatus, ditionum, re-  
 gnorum nondum sustineant? quod prius non possideant terram  
 propriam? causas maxime insufficientes & debiles judicamus. Ex-  
 pispicentur rite Nubentes suos mores, naturam, vitæ conditionem,  
 corporum idoneitatem; expispicentur probe pubertatem, an ad ge-  
 nerandum & gignendum apti; expispicentur, an propter annos nu-  
 bere permisum; ad Senectutem inclinantes anui finem matrimo-  
 nii primarium non adimplent, & raro admodum in senili ætate a  
 Conjugibus proles speranda; juventuti nimis addictis annis pro-  
 pter properatam corporum conjunctionem dissuadendum conju-  
 gium. *Prematur s corporum conjunctio, uti bene FELWINGERUS g)*  
*maxima secum trahit incommoda & pericula. Enim c)* plerumque sequun-  
*tur imbecilles liberi; e)* communiter sexus sequioris; *γ)* pumilioes & *justa*  
*statura privati; d)* utrique Conjugum reddantur intemperantiores; *e)* ple-  
*rumque puerperarum libidine conscrantur, & e)* reverentia liberorum er-  
 ga parentes redditur minor, cum videant liberi, se annorum spatio non mul-  
 to a parentibus suis distare. Quo spectat antecedenti §. 41. h) annota-  
 tum: *Maturoior ætas ad matrimonium afferatur, ut soboles firmior possit*  
*procreari, quia parum p. asidii est Respuol in civibus imbecillibus. Quod*  
*si E. justam, connubis que destinatam attigerint Principes ætatem,*  
*quamvis certum præscribi ob diversas nationes ac temperamenta*  
*tempus nequeat, quidni & ad bene degendum, sobolemque pro-*  
*creandam, & mutuam operam navandam connubia suscipiant?*  
*Nec deest fundamentum, quandoque Parentum voluntate, quan-*  
*doque commoditate ducti, quo eo citius terræ succurrant, prius nu-*  
*bunt, quam oq; stirpis sustentatio in causa, quandoque abus præ-*  
*fixus iis scopus, prout ratio status suggerit. Ein Herr (Fürst) kan*  
*auch juvot/ bey Lebzeiten seiner Eltern/ oder derer/ die das Regiment*



haben/sich in den Ehestand begeben. i) Adfertis subjungimus vel tria Principum paria, qui gubernaculis rerum publicarum nondum as-  
 fidentes festa gamica celebrarunt: Primum allegasse liceat *Augustis-  
 simas Nuptias* inter JOSEPHUM, *Roman. Regem semper Augustum, &c.  
 Invictissimi Imperatoris*, LEOPOLDI, & WILHELMINAM AMA-  
 LIAM, JOH. FRIDERICI, *Brunsvic. quondam Ducis*, Liberos con-  
 tractas; inter LUDOVICUM XV., LUDOVICI XIV. *Regis Gallia-  
 rum* Filium, & ANNAM CHRISTINAM, *Electoris Bavariae*, FERDI-  
 NANDI MARIE Filiam; LUDOVICI, *Ducis Burgundiae*, cum MA-  
 RIA ADELHIDE, VICTORIS AMADEI II. *Ducis Sabaud.* Filia;  
 PHILIPPI WILHELMI, *Potentiss. Regis Borussiae*, FRIDERICI III.  
*Fratr. cum JOHANNA CHARLOTTA, D. JOH. GEORGII,*  
*Princ. Anhalt. Dessav.* Filia; fortunatisque nuperrime auspiciis inita  
 connubia *Principis Anhalt. Servest. Heredis*, JOH. AUGUSTI, *Do-  
 mini mei longe Clementissimi, Sereniss. ac Pissim. Princ. DN. CAROLI*  
 WILHELMI, & SOPHIE, Filii, cum FRIDERICA, FRIDERICI  
 IX. *Ducis pte mem. Saxo-Gothani* Filia; quod, quos amor junxit, Flo-  
 rentissimum Conjugum par, Gloriosum Numen quam diutissime  
 prosperitate cumulata frui sinat, devota vota mente nuncupabim9.

ΘΕΣΙΣ VIII.

*Neque raro evenit, conjunctione Principum discordiam repulsam,  
 bellum profligatum, e contra perpetuum, idque sanctissimum sœdus  
 sancitum fuisse.*

ἘΚΘΕΣΙΣ.

Movet hominum amores in vultu Veneris micans dulcedo, ut  
 importunitates, impetusq; exitiales propullandos quævis molesta  
 perferant, modo spem habeant, conjunctione aliquando arctiori  
 præstita subsidia compensari. Non vacat periculisprehendendis,  
 ac insidiis, quæ ipsi struantur, repellendis, animus spe occupatus,  
 fundit sanguinem mortalium, atque consilia regionibus per quam  
 utilia capit: Miserabilem regni summamiseratione perdignam fa-  
 ciem, hominumq; nimia clade stupentium attonitos vultus emen-  
 dat, ac ad priora fata reducit animus spe occupatus. Incitatus hac  
 spe LADISLAUS, *Poloniarum Rex, quod Hungaria Regina*, ELISABE-  
 THA,

i) SECKENDORF in deutscher Fürsten-Staat P. II. c. VII. §. 26. n. 2. p. 159.



THA, ambas filias certis conditionibus despondisset & Ei, & Fratri CASIMIRO, Hunniadis subsidio multos Turcorum exercitus delevit, Servia partem & Moldaviam totam recepit, Turcicas copias aliquoties profugavit, jugulavit, disjecit, AMURATHI tantum incussit terrorem, ut de morte sibi ipsi ex desperatione consciscenda consilium habuerit, & dissidia inter Reginam viduam, & LADISLAUM composita fuerint. k) Ita PHILIPPUS II, Hispaniarum Rex, bellum seponebat, quod Principem Gallicam in matrimonium acceperit. LUDOVICUS XIV. mediantibus connubiis cum MARIA THERESIA ex Hispaniarum regno oriunda, foedus cum Hispania pepigit. Memorat JO. CLUVERUS l) *Habyatte & Cyaxare inter se confligentibus, in concordiam eos redactos fuisse, data in Oxorem Ariena, Habyattis Lydi Filia, Assygi Cyaxaris Filio. Franguntur corda partium contendentium, mitigantur per amorem, placantur inimici, tolluntur simultates, reconciliantur dissentientes, removentur ab utroque latere odia; gratia ex adverso, amicitia, pax pangitur, foedera reducuntur.* Sic ALEXANDER apud CURTIUM: m) *Ad stabilendum regnum pertinet, Persas & Macedonas connubio jungi: Hoc uno modo & pudor victis, & superbi Victoribus detrahi potest.* Certe, non legiones, non classes, non exercitus, non largitiones, non pecuniaz perinde firma regnorum munimenta, quam conjugia. Gloriat exinde ALEXANDER M. se non modo Oxarria Persae Filiam, Barsanem matrimonio junxisse, sed etiam DARIUM). *Aptissimum esse jungendarum gentium vinculum matrimonium ex PLUTARCHO, &c. retulit Vir mea laude major, HERM. CONRINGIUS o) *Expensis omnibus mediis, cunctaque remediis, ANTONIUS de GVEVARA p) sermonem instituit, ad reconciliandos inter se inimicos ponderatus; nihil expeditius, nihil efficacius est matrimonium. Tanta quippe est conjugalis sacramenti excellentia, ut in aliis amicitias pariat novas, in aliis inimicitias extinguat veteres.**

### §ectis IX.

*Quod Maximum judicatur, observet Princeps, ne cum in aequali, diverso ab eo religionem proficiente, sese conjungat.*

Ex 96-

k) Conf. CARIONIS Chron. P. IV. Lib. V. p. m. 178. l) in Hist. Tot. Mundi Epit. L. VI. p. 58. fol. a. r. L. VII. p. 140. m) de R. G. ALEX. M. L. VIII. C. IV. p. m. 238. n) L. X. C. III. p. 316. o) Vid. Ej. Animadv. Polit. in MACHIAVELLI Princ. Cap. IV. p. 54. p) Horol. Princ. L. II. C. II. p. 222, 223. MULLERI Praef. Dom. Illustr. C. III. Fojr. VI. p. 53; 54; 55.

*\*Εκθεσις.*

Patitur Regula exceptionem. Nos pro thesi confirmanda unicam  
venia Excell. DN. ROEHRENSEI, *Præcept. ad aras colendi*, ex ipsius  
de *Illustr. Connubii* Diss. defumimus, ac *Elect. Sax. JO. FRIDERICVM*  
collaudamus, quod Sponsalia cum CATHARINA, CAROLI V.  
*Imperatoris* Sorore inita resciderit, mentemque Imperatoris subver-  
terit, quo eo facilius B. LVTHERI dogmata supprimeret, & ad Ca-  
tholicam Relig. Electorem seduceret. Conf. GOCKELIVM de Eu-  
rop. Reg. C. II. §. 4. p. 240. seqq.

*Thesis Ultima.*

*Principibus quod pregnantibus ob causas licitum est, privatis inde  
non permittendum.*

*\*Εκθεσις.*

Jungebat secum in conjugio PETRVS, *Lusitania Rex*, ex dispen-  
satione Papali, Fratris sui ALPHONSI, e regno ob impotentiam  
ejecti, Uxorem. Reliqua inconstituto videbimus.

*Προσφώνησις.*

Hæc qualiac. recitasse de Illustri materia sufficient, additamento  
non neglecto, quod

*Post mortem Mariti Principi Conjugi propria destinari sedes, redituque  
sue autoritati & potestati respondentes suppeditari debeant.* Interpre-  
teris. H. L. pro tuo in me favore singula in meliorem partem, ac  
quælo judices & difficultatem & subtilitatem in se thema continere,  
& infirmitatem animi accurata in chartam conjicere non valere.  
Quæ in Dissertationibus occurrunt, pleraque non nisi *Σεινώς* rem ex-  
planant, quod ab exemplis tubens abstinerim, perbene cognitam  
habens veram GOCKELII admonitionem, *periculosum esse de Princi-  
pibus verba facere, aut literis ad posteritatem aliquid transmittere.* Raro h.  
in finem cujusdam memini, atque in generalioribus quasi perfliti, cre-  
dens, theses nudis ac meris præceptis explicari, nulla etiam menti-  
one Historiarum ac Nominum facta, quantumvis unicuique positio-  
ni adicere exempla facili negotio potuissem. Digniora cupienti,  
laudatum C. III. D. MVLLERIE *Pres. Dom. Illustr.*, atque D. MYLERI  
*Gamologia in Principum* commendo. Meditationes denique meas, levissi-  
mo modo de *Princip. Connubii* exaratas, HORATII versu concludo:  
*Est quoddam prodire tenus, si non datur ultra.*

Wittenberg, Diss., 1702  
(A-R)

ULB Halle

003 269 353




3

56.

1018







Farbkarte #13

B.I.G.

Y III.  
22  
CITER!  
NIVERSITATIS  
ENTISSIMO,  
NCIPE AC DOMINO,  
RICO AVGVSTO,  
M FILIO, & ELECTOR.  
HAEREDE &c.  
DE

ubiis

cipum,

STERIORI,

ESIDE

EDO VICTORE

RINGIO,

ta-Anhalt.

Et

NDENTE

SSLERO, Luben, Luf.

ruditis collationem

m habebunt

t. horis pomeridianis,

f DCCII.

BERGAE

CHVLZII, Acad. Typogr.

